28 Febr. 1614.

Adm. R.ndi D.ni, Con-
fratres obseruan.mi

Peruenit ad me ex plerisque locis notitia, quod contributi-
ones in præteritis Comitijs laudatæ in alijs Regni Pala-
tinatibus absque mora, et celerrimè exactæ sint, et iam pro
exoluendis stipendijs militibus Confoederatis Bidgostiam
conferantur, eo uel maximè fine, ut ijsdem militibus
stationes exigendi occasio amputetur, quando stipendia
ipsa exoluentur. Nobis etiam quid agendum sit, peto
à R.ndis DD. V.ris resolutionem, uidelicet quem Bidgosti-
am mittendum, cum quanta summa, et quo tempore. L.ras
S. R. M.tis quas ab Ill.mo petebamus, promittit Ill.mus D.nus
Ep.us uel huc quantocius mittere uel recta Bidgostiam.
Porro existimat Ill.mus in hoc negotio utendum esse opera
G.rosi D.ni Kobierzickij cui adiungendus D.nus Oeconomus
et ~~D.nus~~ ...sorowsky. Coeterum contributio huc usque illata
ad D.num Oeconomum, necdum attingit summam florenorum
uiginti millium. Ad rationem accisæ quæ iam data sunt
ex adiuncta scheda intelligent. Et hæc accisa separatimnè
an una cum agraria Contributione commixta, est Bidgostiæ
Commissarijs præsentanda, R.ndæ DD. V.ræ enucleent. Fa-
cit mentionem Ill.mus D.nus Ep.us accisæ anni præteriti,
ut in promptu habeatur, siquidem retenta Radomiæ seueris-
simè exiguntur, et in hoc me R.ndæ DD. V.ræ instruant
quomodo sit procedendum. Miseram R.ndis DD. V.ris au-
thenticam Ill.mi D.ni Ep.i protestationem Varsauiæ ad
acta Castrensia factam, ea cum opus erit nostris Bidgostiã
ablegatis, uelint ipsam R.ndæ DD. V.ræ huc transmittere.
His me gratiæ et amori R.ndarum DD. V.rarum diligenter com-
mendo. Datum ~~in Arce~~ Heilsbergæ 28 Febr. Anno 1614

Adm. Ill. R.D. W[illegible]

Conf.r et seruitor
Lucas Brat-
kowski

47.

480

Adm^s Rndis Dnis Prælatis et
Canonicis, totiq Vnblis Capitulo
Ecclia Cathedralis Varmien.
Dnis Confratribus obseruan:mis.